



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

LXXXV. Conon. Anno Christi 686. Justiniani II. Imperator. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

## ANNOTATIONES.

(1) Anastasius, in vita hujus Pontificis pag. 145.

Binius apud Labbeum tom. 6. Conc. pag. 1286. *Joannes V. primus inexpectatè Constantinopolitani Imperatoris auctoritate, in Romanum Pontificem consecratus est.*

LXXXV.

## CONON.

ANNO CHRISTI 686.

JUSTINIANI II. IMPERATOR.

2.

Bar. an. 686. §. 2. **N**ovi Pontificis electionem contentio distulit. Clerus enim Petro Archi-Presbytero suffragabatur: Judices verò, & Principes exercitus Theodoro Presbytero. Cum diu certatum necquicquam esset, pacis studio Clericorum oculi coniecti in Cononem, virum moribus, eruditione, & ætate jam exactâ verendum. Ad hunc, concordibus totius Cleri suffragiis Pontificem creatum, etiam adversariæ factionis duces paucis post diebus haud gravatè acclinarunt,



nârunt, & legatos utrique de com-  
muni consilio ad Theodorum Exar-  
chum, *ut mos est, direxerunt.* (1) Conon i-  
gitur genere Thrax, in Sicilia educatus,  
& Romanæ Ecclesiæ Presbyter, an-  
no 686. XII. Kal. Novembris sum-  
mo Sacerdotio præfectus est. (2) Bar. an.  
Cui cùm *mensēs undecim* adversâ con- 687. §. 1.  
flictatus valetudine præfuisset, anno Pag. §. 2.  
insequente XI. Kal. Octobris mortem  
oppetiit.

## ANNOTATIONES.

(1) Anastasius in vita hujus Pontificis  
pag. 147.

Thomassinus de vet. & nova Ecclesiæ  
disciplina part. 3. l. 2. cap. 16. §. 10. Non  
ait, *ut mos erat, tunc enim tantum cœ-  
pta, vel innovata ea est consuetudo, ut  
non crearetur Pontifex absque Exarchi  
consensu, dum scilicet per militares co-  
pias ipse faceret, ut non alius, quàm qui  
sibi cordi esset, Romanus Pontifex crea-  
retur; ex quo & illud obortum est ma-  
lum, ut ambientes Pontificatum per Ex-  
archi ministerium illum consequi cona-  
rentur, sive muneribus, sive aliis officiis  
hominem demerentes. Factum est, ut  
Clero Romano in contrarium annitente,*  
Z 2 *sæpè*



*ſæpè Schismata conflarentur, prout hic contigiſſe vidimus, & in ejus ſucceſſoris electione. Baronius ad an. 686. §. 3. Vide annotat. 1. ad Agathonem.*

(2) Mabillonius Comment. in Ordinem Romanum cap. 18. tom. 2. Muſei Italici pag. 116. *In Cononis creatione hæc Anaſtaſius commemorat, Cononem Sacerdotes & Clerus unanimiter apud Lateranum elegerunt. Mox omnes judices una cum primatibus exercitûs ad ejus ſalutationem venientes, in ejus laudes acclamaverunt. Videns exercitus unanimitatem Cleri & populi, electioni factæ conſenſerunt, atque in ejus decreto cum eiſdem ſubſcripſerunt. Deum iidem una cum Clero & populo Miſſos ſuos ad Exarchum, ut mos eſt, direxerunt. Electio itaque primò fiebat per Clerum: deinde ſalutatio & acclamatio per Judices & Primates. Sequebatur conſenſus exercitûs: omnium denique ſubſcriptio in Decreto, quod ad Exarchum, & ad Imperatorem mittebatur.*

*Quenam fuerit novo Pontifici facta ſalutatio, ſignantiùs explicat idem Au-  
ctor, ubi de Valentini electione agit in Palatio Lateranenſi facta, Electus condignis gloriæ laudibus & honoris amplitudine ad Lateranenſe Patriarchium deductus memoratur, & in Pontificali poſitus throno, ejusque pedes omnis Romanorum Senatus*



natus osculatus est: quod etiam in Leone  
IV. servatum juxta morem antiquum.  
Id verò salutationis nomine appellat Ana-  
stasius. Vide Pagium ad an. 686. §. 4.

LXXXVI.

## S. SERGIUS I.

ANNO CHRISTI 687.

JUSTINIANI II. IMPERAT.

3.

SERGIUM Tiberii filium Antio-  
chenum, Panormi in Sicilia edu-  
catum, S. R. E. Presbyterum Cleri  
pars major, & Judicum ac exerci-  
tûs principes Catholicæ Ecclesiæ ad-  
ministrandæ præfecerunt. Hâc ra-  
tione diremptum est certamen de  
Pontificatu ortum inter Theodorum  
Archipresbyterum & Paschalem Ar-  
chidiaconum, quibus eodem tem-  
pore Sacerdotium summum defere-  
bat populus distractus in factiones  
duas: Sergius itaque anno 687.  
XVIII. Kal. Januar. Pontifex inau-  
guratus est. Hic factam ab Episco-  
pis Hispaniarum in Concilio Tole-  
tano

Bar. an.  
687. §. 2.  
4. 6.  
Pag. §. 3.

Bar. an.  
688. §. 5.

Z 3

tano